Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-308753-p0001-1

Sbd

E libris
gymnasio Mauritiano Magdeburgensi
a venerabili
Carolo Funk
theol. doctore et gymnasii directore
a. 1857 hereditate relictis.

G. f. 171.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-308753-p0002-7

58

MEMORIAE
VIRI PERILLVSTRIS GENEROSISSIMI
ATQVE EXCELLENTISSIMI

GOTHOFREDI HENRICI A NIZSCHWITSCH

HAEREDITARII IN ADELSDORF ET NIEGERODA,
CET.
ORDINE WIRTEMBERGICO EQVITVM VENAT. S. HVBERTI
INSIGNITI
SERENISSIMI ET CELSISSIMI DVCIS SAXONIAE
GOTHANI ET ALTENBVRGENSIS

FRIDERICI III.

CONSILIARII INTIMI ET CANCELLARII NEGOTIORVMQVE
AD POLITIAM SPECTANTIVM DIRECTORIS GRAVISSIMI
MVNERIBVS SPLENDIDISSIMIS
IN ARCE FRIDENSTEINIA
RE VERA ET IMMORTALI CVM LAVDE FVNCTI
D. XIX. DECEMBR. A. CIƆIƆCCLIII.
PRAEMATVRO QVIDEM AT BEATO OBITV
REBVS MORTALIVM EREPTI
D. XXIII. DEC.
MATVTINO FVNERE PER SILENTIVM ELATI
SACRVM HOC ESSE VOLVERVNT
ILL. GYMNASII GOTHANI
RECTOR PROFESSORES ET COLLEGAE.

GOTHAE LITTERIS REYHERIANIS.

AK

Si qua euchendo Numini, tuendaeque
Diuiniori caelitusque delatae
Orbis redemti de ſalute doctrinae
Eſt conſecrata celſa Principum ſedes,
Ea eſt, fauente quam Deo, atque ſucceſſu
Prorſus ſtupendo, Martis illa tempeſtas
Germaniae funeſta per tricennale
Tempus, ruinis flebile arcium, tandem
Cum detonaret, dius ille conſtruxit
ERNESTVS, ille Principum, orbis adſenſu,
Princeps piorum; qui, probus Dei cultus
Quam ſit decorus Principi et ſalutaris,
Et quam beatos reddat, his quoque in terris,
Legum optimarum prouida manu ductos,
Numquam ſilendo comprobauit exemplo.
Hinc alma nempe fauſtitas in AVGVSTAM
STIRPEM redundat, hinc beatur EXCELSVS
Poſt PATREM, AVVMQVE, qui PII e domo ERNESTI
Iam ſubditas feliciter regit terras
DVX FRIDERICVS, fata quem diu ſeruent!

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-308753-p0004-8

Hanc vero adauxit huc aduſque tantorum
Felicitatem PRINCIPVM ſagax illa
Ratio eligendi Numinis pio cultu
Vſuque rerum, induſtriaque praeſtantes,
Fideque fixa, et publici boni cura,
Rei adminiſtros publicae, manus, aures,
Mentisque acuta corporisque praecelſis
Qui lumina aulis commodant, et aularum
Dominis, in vſus omnibus peroptatos.
Hoc fulgida illa teſtium docet nubes,
In arce, PETRAE nixa cui dedit nomen
PAX auſpicatum, qui PIO ſub ERNESTO,
Et FRIDERICIS, rem ſacram atque ciuilem,
Celſo locati nutu ad arduum clauum,
Fidi Deoque Principique, curarunt,
Hodieque curant: quorum adorea illuſtri
Coruſca nomina hicce non capit ſcazon.

Hos inter autem SIDVS ILLVD eluxit
NIZSCHWITSCHIANVM, et ingenI, atque doctrinae
Aulas decentis, conſilIque, librantis
Et iura lancis ſplendidum iubar ſparſit
Summo in ſenatu, & in ſacrario Aſtraeae;
Quod aeſtimator talium, OPTIMVS PRINCEPS,
Quod AVLA TOTA, quod DOMVS graui in primis
Adflicta luctu, quod dolent ſibi ereptum,
Qui, quid ſuumue, patriaeue commune
Vel augeat, vel deterat bonum, norunt.

Sed et ipſa, iam laudata, Principi magno
Aeque ac popello obnoxio ſalutaris,
Ad cuncta, quae fert vita, quippe conducens

Pietas, leuando et apta nata moerori,
Iubet querelis temperare, ſummique
Rectoris orbis obſequi voluntati,
Per ipſa acerba qui beat ſibi addictos.
Haec miſſionem et nos iubet VIRO TANTO
Congratulari, muniis pie functo,
Graues labores et moleſtias magno
Quae ſub nitore ſemper inuehunt magnis.
Nempe ille felix tranſitus tot ex duris
Huiusce vitae militantis ærumnis
Ad aeuiternas caelitum triumphantum
Arces, chorosque, quemque ſtrenuum Chriſti
Qui militem beat, meretur adplauſum:
NIZSCHWITSCHIANAE magno et hicce concentu
Dignae, perenni laude quae celebretur,
Virtute partae gloriae datur; fama
Hanc et ſuperſtes funeri per annales
Metuente ſolui ad poſteros vehet penna.

78 M 428

Sign. (188) fehlt bzw.
evtl. nicht vergeben!

ULB Halle 3
002 108 178

Sb.

YD 17

R.40

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-308753-p0007-5

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-308753-p0008-0

58

MEMORIAE

VIRI PERILLVSTRIS GENEROSISSIMI

ATQVE EXCELLENTISSIMI

GOTHOFREDI HENRICI
A NIZSCHWITSCH

RII IN ADELSDORF ET NIEGERODA,

CET.

ERGICO EQVITVM VENAT. S. HVBERTI

INSIGNITI

CELSISSIMI DVCIS SAXONIAE

ANI ET ALTENBVRGENSIS

DERICI III.

MI ET CANCELLARII NEGOTIORVMQVE

TECTANTIVM DIRECTORIS GRAVISSIMI

NERIBVS SPLENDIDISSIMIS

ACE FRIDENSTEINIA

IMMORTALI CVM LAVDE FVNCTI

XIX. DECEMBR. A. CIƆIƆCCLIII.

QVIDEM AT BEATO OBITV

S MORTALIVM EREPTI

D. XXIII. DEC.

VNERE PER SILENTIVM ELATI

RVM HOC ESSE VOLVERVNT

GYMNASII GOTHANI

ROFESSORES ET COLLEGAE.

LITTERIS REYHERIANIS.

AK

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-308753-p0009-9